



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LIX. Ecclesiastico Vitanda mensa eorum, qui ad pocula solicitant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

renorum aspidum insanabile. Nam ut ait Salomon Proverb. 23. versic. 31. 32. *Vinum ingreditur blandè, sed in nonissimo mordet ut coluber*, & sicut regulus venena diffundit.

§. Denique Spiritus sanctus & Ecclesia in magno illo & generali Concil. Lateranensi. sub Innocent. III. cap. 15. & cap. à crapula de vita & honestate Clericorum, hoc decretum constituit, quod & Synodus Trid. Et Clericis sess. 22. c. 1. de Reform. renouauit. *A crapula & ebrieta-* & eorum ceteromnes Clerici diligenter abstineant, vnde sibi vinum temperatus modarent, & se vino. Nec ad bibendum quisquam incitetur: cum ea rate sumendum vinum ebrietas & mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incendiuum. Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus aquales suo modo se obligant potatores. & illo iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices facundiores exhauit. Si quis autem super huic culpabilem exhibuerit, nisi à superiori commonitus satisficerit, ab officio vel beneficio suspenderetur.

C A P. LIX.

ECCLESIASTICO VITANDA
mensa eorum, qui ad pocula sollicitant.

¶ **Q**uod si ut vsus docet, eam ad mensam vocati fuerint, vbi se dapibus poculisque onerandos prelentiunt, non verecundè modo, sed & constanter tergiversentur malintque hominem potius, quam Deum offendere, præcipientem Proverb. 23. ver. 20. *Noli esse in coniuicis potatorum, nec in commissationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt.* Et Lucae 21. vers. 34. *Attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, &c.* Et animæ salute in ebrietate perdendam quibusuis expectatis à Symposiaſte emolumētis

Hh 2 ante*

anteponant. Socratis apud Stobæum libr. 1. de pru-
dentia effatum est: *Aut quam grauiſſimè aut quam rariſſi-
mè cum proceribus conuiuandum eſſe.* Quod & censet Sanctus Hieronymus epistola 2. ad Nepot. de vita Clerico-
rum cap. 23. Conuiuia, inquit, tibi vita ſunt ſecularium,
& maxime eorum, qui honoribus tument. Et cap. 17. Conſo-
latores nos Christiani potius in mœroribus ſuis, quam conuiuia
*Frequens in conuiuia clie-
reſt. deſpi-
catur ad prandium, non recuſat.*

casus eſt.

§. Idem omninoſuader laudatq; S. Ambroſ. lib. 1.
offic. cap. 20. Habet ſanè ſuos ſcopulos, ait, verecundia, non
quos ipſa inuehit, ſed quos ſep̄e incurrit, ſi intemperantium in-
cidamus confortia, qui ſub ſpecie iucunditatis venenum infun-
dunt bonis, hi ſi ſidui ſint, & maxime in conuiuio: ludo ac ioco
eneruant grauitatem illam virilem. Cauemus itaq; ne dum
animum relaxare volumus, ſoluamus omnem harmoniam,
quasi concentum quendam bonorum operum. Vſus enim cito
inflebit naturam, vnde quod prudenter facitis, conuenire Ec-
clesiasticis, & maxime miniftrorum officiis arbitror, declinare
extraneorum conuiuia, vel vt ipſi hofpitaſes ſitis peregrinanti-

*Quid si hoc bus, vel vt ea cautione nullus sit opprobrius locus. Conuiua quip-
pe extraneorum occupationes habent, tum etiam epulandi pro-
eleſiaſticorū dunt cupiditatem. Surrepunt etiam fabula frequenter de ſcu-
lulationib. lo ac voluptatibus, claudere aures non potes: prohibere putatur
superbia: surrepunt etiam preter voluntatem pocula. Melius
eſt domui tua ſemel excusas, neceſſitati ſatisfaciendo, quam aliena
frequentier: & vt ipſe ſobrius ſurgas, tamen ex aliena infe-
lentia condemnari non debet praefentia tua.*

B. Aug. cur. §. S. August. commendabat & obſeruabat B. Ambroſ. in-
conuiua nō ſtitutum teſte Poſt. in D. Augustini vita, vt in patria ſua petitus
ad conuiuum non iret, ne per frequentiam in patria conuiuia
conſtitutus temperantiae amitteretur modus. Quia & illa hu-
mana recuſatio & honesta declinatio offenditionem ef-
fugiet, & auctoritatem atque benevolentiam concili-
abit. Huc ſpectat illud Ecclesiast. cap. 13. v. 12. Aduocatus
a po-

à potentiore discede, ex hoc enim te magis aduocabit. Nimia familiaritas qua notantur vitia despiciatur parit, & talis habetur olla amicus, mensarum assecla, cuticula & abdominis curator.

CAP. LX.

O P O R T E T M A G I S O B E D I R E D E O
temperantiam præcipienti, quam homi-
nibus intemperantiam ur-
genibus.

§. Q Vod si aliqua importunitate, vel artificio, ma-
li timiditate , vel boni specula eiusmodi in
Symposium inducti fuerint , in diuini Numinis metu
& temperantia animum offirment , neque tam vini
solicitorum offendam pertimescant , quam admirationem & gratiam præstolentur. Documentum, hoc
est præcipui Ecclesiæ Doctoris S. August. serm. 232. de
Temp. Solent ebriosi ita se excusare, vt dicant : Persona potens
me coegit, vt amplius bibam , & in coniuio Regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista præten-
dimus : & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimus.
Nolle in culpa est nostra & non posse prætenditur. Etiam si ad
hoc veniretur, vt tibi diceretur : Aut bibas, aut morieris, melius satius à co-
erat, vt caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem ani-
gente ad ni-
miam pota-
ma moreretur. Sed excusatio ista falso obiicitur. Ipsi enim Re-
tionē sobria
ges, & quicunq; alii sunt potentes, quia Deo propitio & Chri-
stianū sunt & prudentes sunt & sobrii, & toto corde Deum ti-
ebrie: ate a-
nima occidi-
mentes. si te viderent definisse, vt eis non acquiescas inebriari pro
tur.

Hh 3 tibi